



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Synodvs Landavensis Svb Civeilliavc XXII. Landaviae Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
CHRISTI
....

SYNODVS LANDAVENSIS
SVB CIVEILLIAVC XXII.

LANDAVIÆ EPISCOPO.

Aduersus Brochvail regem congregata.

SCIENDVM est quod discordia facta est inter vtramque familiam Ciueilliauc episcopi & Brochvail filii Mouric apud Landauiam: & facta iniuria & incœpta a familia Brochvailli, motus est episcopus, & congregauit omnes clericos vsque ad inferiores gradus, missis legatis per totam parochiam infra ostium Taratyr in Gui vsque ad ostium Tyui. Et adunatis illis, voluit Brochvaillum & totam familiam suam sibi forisfactam, & Deo exosam, propter suam nequitiam & iniuriam excommunicare coram omni populo in plena Synodo.

Et audiens Brochvail tantam summonitionem super se, quæsuit veniam & indulgentiam apud Landauiam: nec aliter habere potuit nisi sufferet canonicum iudicium. Et discussio iudicio, iudicatum est episcopo precium faciei suæ longitudine & latitudine in puro auro, cum emendatione faciendæ familiæ suæ ad condignum honorem suum, & nobilitatem parentelæ suæ. Et rex Brochvail iudicium sufferre non potuit, & alio modo aurum redemit, largiendo Deo & sanctis Dubricio, Teliauo, & Oudoceo, & in manu Ciueilliauc episcopi villam *Tref Peren* cum sex modis terræ, &c.



ANNO
CHRISTI
886.

CONCILIVM NEMAVSENSE
IN VILLA PORTV.

ADVERSVS SELVAM CLERICVM HISPANVM,
qui archiepiscopatum Narbonensem affectabat, a Theodardo archiepiscopo celebratum xv. Kalendas Decembris, sub annum Christi DCCCXXCVI.

EX monumentis ecclesiæ Narbonensis constat, Theodardum post susceptum anno DCCCXXCV. pontificatum, Romam mox adiisse ad Stephanum V. papam, ab eoque pallium impetrasse, &c.

Concil. Tom. 24.

Bbbb ij